Petrus Comestor: Historia scholastica
[Cologne: Conrad Winters, de Homborch, not after 14 Apr. 1477], 1477 Seite 183



hoc transito iordane in ingressu
suo diceret in hunc modum. Sex tri
bus maiores natu ascendent mon
tem garizim cum sacerdotibus et leui
tis et .vi. minores montem ebal e
regione et qui in garizim omnes
benedictiones dicerent super legis
obseruatores et qui in ebal responderent
amen. post ascenderent sacerdotes et
leuite cum aliis .vi. tribubus in ebal
et simul omnes malediciones impre
carentur transgressoribus et qui in gari
zim responderent amen. Et non quia cum
enumerat gentes quas eicerent
de terra promissionis fere vbique .vi. no
minat: chananeum amorreum ferezeum
iebuseum. eueum. etheum. In hac vero
iteracione nominat septimam ger
geseum Item nota quod abrahe promis
sum est quod .x. gentes delerentur que tunc true
ra ibi erant. Sed cum venerunt illuc
filii israel. iam tres erant delete. Filii
loth deleuerunt gigantes filii esau
horreos capadoces partem eueorum

De secunda decima.

Addiditque quoque moyses quod
non liceret eis comedere
decimam in oppidis suis nec
primogenita pecorum. nec primitias
laborum. nec votiua. nec sponte obla
ta sed tantum coram domino in loco quem
eligeret dominus. ibi cum vxore co
mederent et liberis suo et ancilla et
leuita qui concellaneus esset in quo pre
cepto videtur fraudari leuite quibus
premissa debebantur. Pro inde dicunt
quidam hoc semel factum cum primo
scilicet terram obtinuerunt. Tunc enim ob
tulerunt predam domino et deinceps
reddiderunt ea leuitis. Sed hoc nihil est
quia non dum dominus locum sibi ele
gerat in terra promissionis. Alii di

cunt quia singularibus annis hec fiebant
sic. Primam partem decime tocius. ut pri
mam geligmam graui. primam amphi
ram vini vel olei separabat sibi quam deci
mam dabat leuitis et illam modicam
partem deciarum ferebat secum in iherusa
lem et epulabatur inde coram domino
et hec inde comedebant. quod hec decia pre
cipitur poni in cartallo quod modicum
vas est. nec veram caperet decimam. Sed
hoc de primogenitis et primitiis voti
uis et spontaneis nihil determinatum est
Unde verior hec tradicio hebreorum.
Singulis annis hebrei faciebant
duas deciaciones bonorum suorum Pri
mam separabant leuitis de hac dicitur
est. Desudet eleemosina in manu tua
donec inuenias cui des et illum cui de
bes. Item .ix. reliquas partes decia
bant et hanc secundam decimam sibi re
seruabant et ex ea ter in anno cum as
cendebant in iherusalem oblaciones et
epulas sibi et domui sue faciebant
et leuitam concellaneum qui etiam cum
eis ascenderet inuitabant. In eosdem
vsus reseruabant sibi secundum animal
post primogenitum quasi secundum primo
genitum et similiter post primicias tan
tundem sibi reponebant quasi secundas
primicias. Qui ampliora ratam hiis
illis tribus festis expendere volebat
aliqua de bonis suis adhuc sepa
bat et cum predictis reseruabat vouens
illa domino. Preterea etiam quidam
in illis sollennitatibus preter ea que
diximus sponte quedam expendebant
ad honorem domini et hec secundaria idest
secundum decimam precepit moyses ferri
ad locum sanctum et comedi coram do
mino. Tamen remocioribus licebat
ista vendere in loco suo et ferre pre
cium secum et emere sibi in iherusalem quod

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-258/0183
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG